



## Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

21. Dies Novemb. Maria quidquid egit, disciplina est. S. Ambrosius serm.  
2. de virg.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

Tessera.

929

temneris : miserabilium , & auferes tibi omnem miseriam . Cur amas , & quid amando intendis ? nunquid ut tibi benè sit ? Qui igitur amando quæris benè esse , cur amas eaquæ hoc ipso quod amas , miser eris ? Ama illum , qui etiam inter has misérias vitæ in qua repleris multis miseriis , tollat misérias , & reddat te scælicem . Quid amas bona , quæ si frueris , te faciunt malum ; si optas , miserum ; si amittas mortuum : ut quid amas homines , qui si te ament , faciant mollem , & enervem ; si non amant , iracundum ? Ama Deum , quem si optas te faciet bonum : quo si fruaris , beatum . Ne ames formas , quæ te deforment : sed ama eum , quem amando te faciet formosum . Quam violentum est amanti , separari rebus amatis ! ut meritò ab illis separandus , & illis à te jam separatis , possis cum singultu vocis , & planctu cordis , clamanti Poëtæ acclamare :

*Heu dolor est gratis abscedere rebus amatis.*

## 21. DIES NOVEMB.

Maria quidquid egit , disciplina est . *S. Ambrosius serm. 2. de virg.*

Mariae  
Præsen-  
tatio.

**Q**uamvis quis est avidus ut sciat , tantum sit cupidus ut discat : non enim acquiritur doctrina sine disciplina . Magistra nobis est una , sed communis omnium , sub cuius disciplina , hauries præcepta omnia virtutum omnium . Adhuc vernabit in flore infantia , flos virginum , in qua tamen , præter ætatem nihil erat puerile : necdum enim nata , jam erat cælo adulta , quia cælestibus virtutibus matura . Itaque jam tum in

*Pars III.*

Nnn

viridi



viridi ætate, cana meditabatur consilia. Quæ ut ex-  
 queretur, à Joachimo, & Anna (prò quale par homi-  
 num!) deducitur ad templum, ipsa animatum Spi-  
 ritus sancti templum: conscendit trimula annis, gra-  
 vida meritis, quindecim gradus; quæ jam virtutum  
 omnium gradus prætergressa, stabat in summo gra-  
 du consummatæ perfectionis. Ingressa augustum  
 delubrum, à Salomone tot gregum, & armento-  
 rum cruore lustratum, sui sacrificio illud, plus quam  
 Salomon illustravit. Ubi cum se voto virginittatis  
 Deo obtulit, signum ejusdem virginittatis futuris ex-  
 tulit, & contra virginittatis hostes bellicum cecinit.  
 Si teste hodiernæ diei tesserâ, quidquid illa egit, a-  
 gendi est disciplina, omnis ejus actio, nostra est in-  
 structio. Ut te totum amore tuo, toto te Deo con-  
 secres, non docuit præcepto, sed exemplo; sis tu ipse  
 in cordis tui sacrario sacerdos tui, cadat victima æ-  
 mori Divino, amor humanus: nihil Deo offers, licet  
 omnia tua, nisi in te.

II. Anime mi, satis aliquando per creatas boni-  
 tates es vagatus; satis eisdem es oblectatus; plus  
 quam satis es contaminatus. Satis amâsti eam pul-  
 chritudinem, quæ in te delevit omnia lineamenta  
 pulchritudinis; satis amâsti opes, quæ nullam tibi  
 unquam nec contulerunt, nec conferent opem; satis  
 aucupaturus es honoris, unde inhonoris effectus es;  
 satis anime mi amâsti, quæ Deus odit; satis deside-  
 râsti, quod sancti fugerunt: satis adhæsisti illis, quæ  
 te aliquando nolentem deserent: sape tandem me-  
 liora, ama cautiùs, desidera prudentius, ambula re-  
 ctiùs, vive puriùs. Et si extrâ creatorem vis aliquid a-  
 mare, è creatis illud ama, cujus amore ita captus est  
 crea.



creator, ut è Creatore factus sit creatura, illudque e-  
 gerit assumptæ humanitatis sacrarium. Vis dicam  
 quid ames? ama cum Deo, & juxtâ Deum Mariam,  
 ut amandi non desint, quibus movearis, argu-  
 menta, ecce, ipse Deus amandi scientissimus, amat il-  
 lam, & infra se solum, super cætera omnia amat eam.  
 Non potest etrare amor, quem præit Sapientia, &  
 præit Veritas. Amant illam nobilissimi illi, & primi in  
 cælis amoris discipuli, imò filii, & hæredes, Angeli,  
 & Regnam suam: amant illam omnes in cælo San-  
 cti, omnes in terra justii, tanto amandi peritiores,  
 quanto amoru increato viciniore, & cariore; & ut  
 matrem Salvatoris sui amant. Amant illam omnes  
 in periculis flammis purgantes animæ, & tantò  
 ferventius, quantò ejus solatium desiderant  
 cupidius confortiumque expectant diutiùs. Omnes  
 supra terram, in terra, infra terram, vires amoris o-  
 mnes convertunt in Mariam.

III. Mariam inter omnes, & tu unus mi anime  
 tua, amore utique dignissimam, & quamcunque in-  
 matrem inflexeris animum, amabilem. Amas familiæ  
 splendorem, majorem sanctitudinem, muneris di-  
 gnitatem? quid illustrius? quid sanctiùs? quid di-  
 gnius Mariâ, in quam unum tot Regum inclytus  
 sanguis influxit? Amas corporis dignitatem, morum  
 puritatem, vultus Majestatem, letimonis delicias?  
 elegantior, suavior, augustior est Maria. (a) Nil  
 in oculis, nil in verbis procax, nil in actu inve-  
 nitum. Amas animæ sinceritatem, cordis inno-  
 centiam, vitæ candorem? præstat iis omnibus, omnes  
 hæc filios Maria: utpotè quæ quoties (b) vestigium

Nnn 2

pedis

(a) Ambrosius supra (b) Idem.



pedis tollebat, toties gradum virtutis atollebat. Ama  
 Divinæ gratiæ charissimata, virtutes gratiæ com-  
 dona istis superaddita? At nemo illis locupletior  
 Mariâ. (a) *Quanta enim in una Virgine species ver-  
 rum emicant, secretum verecundia, vexillum fidei, De-  
 votionis obsequium.* Ama Mariam mi anime, et  
 te meritam, ut uni illi post Deum debeas, quidquid  
 boni es meritis; atque adeò nisi amorem rependas,  
 nihil tuâ dignam obligatione rependas. Quod si  
 nimias amas & jure amas illos, qui te in vitam hanc  
 mortalem, morti prius, quam vitæ genuerunt, ob-  
 age, Maria tibi amorem, & te amori, ac vitæ gene-  
 ravit. Quod si amas, & merito suo amas, qui tibi de-  
 morem tuum beneficiis suis obligarunt; dic age, ma-  
 joribus, ac præstantioribus te, totumque tibi mun-  
 dum obligavit Maria. Quod si amas qui te hostium  
 fortunarum, vitæ periculis, qui te hostium  
 obtrektorum injuriis vendicarunt; dic age, diaboli  
 insidiis, mundi illecebris, carnis stimulis te liberant  
 Maria. Ita amari amice, non errabis, amando, nec  
 peribis errando, ut amare possis, dic ô Mater ama-  
 bilis, patere te amari. O Mater amoris, generam  
 me amorem.

*Vis mentem esse piam? cole totâ mente Mariam.*

## 22. DIES NOVEMB.

Quid prodest, quia hymnum cantat tua lingua, si  
 crilegium exhalat tua vita? *S. Augustinus in psal.*

Musica non I.  
 tantum est  
 vocum sed  
 morum.

**S**ubsequitur licet non patitur  
 æquis, Dominam ancilla, heram  
 pedissequa, Reginam virginum  
 cultura

(a) *Idem.*